

Albert Willebrand

**Programma Quo Rector Universitatis Rostochiensis Albertus Willebrandt/ U.I.D.
Cod. Prof. ... Ad Exequias Quas ... Barbarae Quistorpffs/ Coniugi suae
desideratissimae Vidius moestissimus Vir ... Dn. Nicolaus Rideman/ SS. Th. Lic.
Hodierna ... apparabit. Omnes omnium ordinum Cives Academicos ... invitat**

Rostochii: Kilius, 1660

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776780190>

Druck Freier  Zugang



Willebrand, A.,

in

B. Quistorpff,

uxor N Rideman

Rostock. 1660/a

48.



97.

PROGRAMMA
Quō
RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrandt / U. J. D.




Cod. Prof. & Ducal. Consist: Assessor,
AD
EXEQVIAS
Quas
BARBARAE Quistorpffs/
Conjugi suæ desideratissimæ
Viduus mæstissimus

Vir Rev r nndus Plurimum atq; Excellentissimus
DN. NICOLAUS Rideman/ SS. Th. Lic.
ac ad D. Mariae Ædem VERBI DEI Minister
Hodiernâ horâ I, in Templô D. Mariae
decenter apparabit.

Omnes omnium ordinum Ci-
ves Academicos sedulò & aman-
ter invitati.

ROSTOCHII,
Typis Heredum NICOLAI KILII, Acad. Typ. 1660.





RECTOR
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS
ALBERTUS Willebrand/ U. J.D.

Si non aliunde, saltem, propter maxima partus pericula, liborum procreationem, omni honore dignus est, sequior ille sexus fœminarum. Nihil æquè miserū, nil æquè periculis, doloribus, ipsis deniq; morti obnoxium, quām fœmina uterum ferens, & partui edendo sollicita: Vitrū videas humi quod non frangatur, fœminam autem ejusmodi deprehendas, quæ levissimō quoque pulviculo periclitetur. Lezēnā, (uti Aristoteles autorest,) uterum ferente, non modō in venationem profectus Leo, & sibi & ipsi victum parat, verū diurnis illam nocturnisq; custodiis subinde defendit. Et (ut recenset Olaus) equam gravidam, dentibus ac calcitratione pedum ab ursis tuetur validus Caballus. Quid ergo nos, qui in terrā præcipuum animal,

animal, mundi miraculum magnum, præclarô rationis donô ornatum, præpotentis D E I præ se se imaginem ferens, homines scilicet sumus, quid in qua m̄ fœminis debemus, quæ quoties uterum ferunt pariuntq; toties, quasi acie structâ, cum exquisitissimis periculis, acerbissimis doloribus, ipsâ deniq; morte configunt, sœpiusq; sive mortuâ sive vivâ prole succumbunt; Sisto Vobis Cives Academici hujus rei Exemplum BARBARAM Quistorffs fœminam castissimam & laudatissimam, quæ in acie istâ, & quidem ultimâ, fortiter prælians occubuit, diemq; nobis hodiernum proh dolor! exequialem fecit, Quæ Majores habuit admodum conspicuos, atq; honestissimos. Edita enim est in hanc lucem A. D. 1622. 8. Januarii, circa horam 5. vespertinam. Vito Reverendo plurimum Excellen-
tissimo DN. JOANNE QUISTORPIO, SS. Theol. Doctore & Professore celeberrimo, Facult. Theol. Seniore, Pastore ad D. Mariæ Aedem, ac Superintenden-
tente gravissimo. Matre verò BARBARA Do-
mans. Matronâ præclarissimâ, quæ è durissimâ &
gravissimâ eluctata infirmitate, intolerabili jam
animi mœrote, ex obitu dilectissimæ suæ filiæ con-
ficitur. Proavum paternum habuit DN. JOACHI-
MUM Quistorff. Civem hic locorum honestissimū.
Aviam paternam CATHARINAM Dumrathſ/
Fœminam integerrimam. Ayum maternum agno-

vic

vit DN. STEPHANUM Domani Senatori Osnobrugensem, Virum prudentissimum, Fratremque germanum illius beatusim recordationis, magnique nominis Viri DN. JOANNIS DOMANNI Jcti, Urbium Anseaticarum Syndici spectatissimi, Aviam maternam Aallheid Appelbaumus boni exempli matrimonialis mulierem. Hic illa majoribus orta: His parentibus enutrita est, & sacro Baptismatis lavacro regenita; post ab illis, in cultu Numinis Divini, in aliarum virtutum sexum hunc decorantium genere, ac in re Oeconomica, magnâ cura & diligentia fuit educata. Haec vero animi dotes pellecere Virum Reverendum & Clarissimum DN. NICOLAUM RIDEMANNUM SS. Th. Licent. VERBI DEI ad D. Mariæ Aedem Ministrum vigilantissimum, nunc viduum modestissimum, ut ejus peteret legitimos amplexus, & consentiente Optimorum Parentum suffragio obtineret, sibiq; in thalamum Anno 1641. die 13 Octobr. duceret. Cum quâ, in mutuo ac constanti amore conjugali, piè, modestè sine jurgio, sine querelâ novemdecem annos vixit, ut nunquam in gratiâ redire, ac redintegrandiamoris operâ parariâ uti necesse haberent. Quod exemplum imitantur illi infelicissimi conjuges, quibus interjurgia & rixas vita truditur, & qui in conjugio velut in inferno viventes, vivi manes suos patiuntur, & damnati misericarum ad æternos præludunt cruciatus. In hoc
verio

veò faustissimò Divinæq; benedictionis pleno con-
jugio peperit suo dilectissimo Marito quatuor filias,
& septem filios, nempe ANNAM primogenitam.,
Anno 1642. 19 Novembr. & denatum Anno 1651.
28. Septembr. BARBARAM natam Anno 1644. 20.
Febr. JOHANNEM primum, natam Anno 1645. 28.
Septembr. mortuum Anno 1657. 9. Martii. HENRI-
CUM natum Anno 1647. II. Martii. NICOLAUM
primum , natum Anno 1648. 12. Junii, mortuum
Anno 1650. II. Januar. STEPHANUM natum, An. 1649.
12. Decembri, denatū Anno 1657. 27. Febr. ANNAM
secundam, natam Anno 1651 20. Novembr. NICO-
LAUM secundo genitum Anno 1653. 18. Julii. CHRI-
STIANUM natum Anno 1655. 12. Martii. PETRUM
natum Anno 1656. 1. Novembr. JOHANNEM se-
cundum Anno 1658. 17. Junii natum. Equibus duæ
filiæ ac quinq; filii vivunt DEI gratiâ superstites atq;
incolumes, præmaturumq; suæ amantissimæ geni-
tricis (quæ ipsis semper ad pietatem, aliasq; Virtutes
stimulus fuerat) obitum acerbis deplorant gemiti-
bus. Quæ dum viveret, rem familiarem ac domesti-
cam strenuò, prudenter, magnaq; solertiâ admini-
stravit. Verbo Divino & aures attentissimas, & pe-
ctus devotissimum semper impertire consuevit.
Peccata sua, quibus quotidiè obnoxii sumus, since-
rà eorundem confessione sœpius deflevit, frequenti
sacrosanctæ corporis & sanguinis JESU CHRISTI

cœnæ

cœnæ usurpatione, sacræ scripturæ lectione, divinis pre-
cibus, aliisq; piis actionibus, plurimis profecto præluxit
fœminis. Nihil jam de cæteris virtutibus scribam, quæ pecu-
liare sibi metatæ erant domicilium, in hujus piissimè dena-
tæ pectore. Quæ partu nuper vicina, dum vivam prolem
parere non valeret, instar Phineæ sacerdotis Conjugis, ut-
ri difficultatibus, partusq; intolerandis doloribus confecta;
inter preces & lachrymas adstantium; uti in præsentia ipsius
Pœnitentiarii. Reverendi Dn. CASPARI MAURITII.
S.S. Th. D. & Professoris Pastoris ad Templum D. Mariæ &
Superintendentis vigilantisimi; in conspectu sui exoptatis-
simi conjugis, fratri, sororum, Affinium, dilectissimæ de-
niq; ac afflictiissimæ Matri, aliorumq; amicorum, die 29. Ju-
nii, circa sextam horam matutinam, vitam hanc miseram
ac ærumnosam, in verâ Christi fide; beatissimè ac placidissi-
mè finivit, postquā 38. annos in hocce mundo commorata
fuisset. Beatissima sanè anima, quæ licet cum suavissimi tha-
lami fructu rebus humanis valedixerit; nihilominus tamen
in fide, dilectione, & sanctificatione cū modestia, aliisque
Virtutibus, quæ fœmineum exornant sexum, ad extremum
vitæ spiritum permanxit, & ad cœlestem illam gloriam, cu-
jus ne angelica quidem lingua, piaxstantiam ac volupiatem
exprimere potest, cum summâ felicitate commigravit.
Quam, absit, ut Tuæ desideratissimæ invideas conjugi, ma-
rite afflictiissime; absit ut Terentii Varronis premas vesti-
gia, qui (Livio teste) ex Sophiæ suæ partu inter-
emptæ, mōpinato obitu tantum dolorem percepit, ut reli-
quò vitæ tempore neq; barbam tondere, neq; mensæ, cibi
capiendi causa adesse noluerit. Absit ut æmuleris Papinum,
qui suæ Hyppolitæ unicæ filiæ, Torquato Senatori elocata-
ræ, partuq; enectæ discessum, ita luxit, ut nœroris mag-
nitudine, cui Vir prudentissimus & fortissimus succumbe-
ret)

ret) omnis civitas offenderetur: Faciant id illi, quorum
mentem non illustravit vera fides, sed anceps & vacillans
opinio de immortalitate animarum. At Tu Vir Reveren-
de, qui ex scripturâ divinitus inspiratâ & certum habes &
alios doces, fore, ut etiam corpora rursus à mortuis in vitam
revocentur, frena injice dolori. *Qui nunc te coquit, & versat*
sub pectore fixus; perfer fortissimè exoptatissimæ tuæ conju-
gias mortem, quam in meliorem Orbem præmisisti, quam
brevicùm gaudiò recipies, quâcùm, in omnia teculorum
secula vitam omni parte beatam transiges: Vos verò Ci-
vies Academicæ, omnium ordinum honoratissimi, adeste, &
exequias decenter, magnaq; frequentiâ deducite tam hono-
ræ fœmine. Ita meretur Mater ejus, Magni olim Theo-
logi de Academiâ & Ecclesia benè meriti Conjunx; Ita me-
retur Frater ejus, Professor hujus Universitatis, ac Ecclesiæ
Jacobæ Pastor Venerandus; ita meretur Maritus ejus
conjunctissimus, nunc Videlius tristissimus, Verbi DEI Mi-
nister religiosus: ita merentur Sorores, Affines, adgnati,
Amici bonū publicum hujus Civitatis non segniter promo-
ventes, literatoq; Ordini nō mediocriter faventes; ita me-
retur residua optima indolis speiq; non exiguae proles, quæ
avulsam à se charissimam genitricem conspiciens, ingen-
tem animi dolorem subire cogitur: Ite ergo exequias & co-
gitate.

Quid nos quæso sumus, quām sparsus in aëra sumus?
Veltris verò precibus, Academiam, Ecclesiam, hanc Civi-
tatem, Provinciam, supremo Numinis seriò mecum
commendate. P. P. Rostochii sub Sigillo Univer-
sitatis die 3. Julii A. D. 1660:

Conventus fiet in Aede D. Mariæ dicatâ,
ad horam primam.









Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776780190/phys_0015](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776780190/phys_0015)





Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776780190/phys_0016](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776780190/phys_0016)



cœnæ usurpatione, sacræ scripturæ cibus, aliisq; piis actionibus, plurimæ fœminis. Nihil jam de cæteris virtutib; liare sibi metatæ erant domicilium, tæ pectore. Quæ partu nuper vicin; parere non valeret, instar Phineæ facili; difficultatibus, partusq; intolerando inter preces & lachrymas adstantium Pœnitentiarii. Reverendi Dn. CAS S.S. Th. D. & Professoris Pastoris ad Superintendentis vigilantissimi; in consimilis conjugis, fratris, sororum, Affiniq; ac afflictissimæ Matris, aliorumq; nii, circa sextam horam matutinam ac ærumnosam, in verâ Christi fidei simè finivit, postquā 38. annos in hoc fuisset. Beatissima sanè anima, quæ liblam fructu rebus humanis valedixeret in fide, dilectione, & sanctificatione. Virtutibus, quæ fœminum exornavitæ spiritum permanxit, & ad cœlestes ne angelica quidem lingua, pia exprimere potest, cum summa fide. Quam, absit, ut Tuæ desiderauissimæ afflitione; absit ut Terentii Vergia, qui (Livio teste) ex Sopempta, mōpinato obitu tantum doquonitæ tempore neq; barbam toni capiendi causa adesse noluerit. Absit qui suæ Hyppolitæ unicæ filiæ, totæ, partuq; enectæ discessum, ita linitudine, cui Vir prudenterissimus &

livinis pre-
dilecta
b; que pecu-
llimè dena-
am prolem
njugis, utc;
is confecta;
entiâ ipsius
AURITII.
D. Mariae &
i exoptatis-
tissimæ de-
, die 29. Ju-
miseram,
ac placidis-
ommorata
vissimi tha-
nus tamen
ia, aliisque
extremum
loriam, cu-
volupiatem
migravit.
conjungi, ma-
temas vesti-
partu inter-
pit, ut reli-
nensæ, cibi
s Papinum,
atorre loca-
eroris mag-
succumbet;

D 92

Serial No.

UTT

Image Engineering Scan Reference Chart TE263

Patch Reference numbers on UTT

mm

Inch

